

## ILLVSTRISSIMO SAXONIAE

DVCIBVS, IOANNI FRIDERICO  
sacri Imperij Electori &c. eiusq[ue] cognato  
IOANNI GEORGII filio, Geor-  
gius Agricola medicus s. d.



OGITANTI mihi nuper & memoria repetenti, Duces illu-  
strissimi, praclaras res à Ger-  
manis gestas, potentissimas eo-  
rum nationes, regna florentissi-  
ma, uisa est inter caeteras, uestra  
familia tam illustris fortibus maiorum factis, tam  
ornata uiris prudentibus, pacis & omnium uirtutu  
studiosis, tam potens multis nostrae natiõis celeberrimis  
populis, ut si nõ prima, secunda certe totius Ger-  
manie iure hodie dici possit. Nã ut omittã multos  
Principes e continentis genere per annos ferè octin-  
gentos rerum gestaru gloria insignes, atq[ue] inter eos  
Conradum & Fridericum, quorum alter sub Impe-  
ratore Conrado tertio, alter sub Friderico primo,  
qui Barbarossa dictus, uterq[ue] strenue cõtra Sarace-  
nos pugnauit: certe adauis uestri Friderici, qui du-  
plex cognomen tulit, ob ditionem amissam exulis,  
fortis ob recuperatam: quis labores ac pericula pro  
patria atq[ue] pro suis animo excelso & inuictõ suscepta  
non mirabitur? praesertim cum audierit duos  
a        Impe-